

Joachim Stockmann

Rector Academiae Rostochiensis, Joachimus Stockmannus, Philos. & Med. D. Physices Professor, Ad Exequias funebres quas ... Dn. M. Johannes Steinius, Ecclesiastes ad D. Nicolaum fidelissimus Desideratissimae suae filiulae Ursulae, paratas cupit, Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat

Rostochi[i]: Pedanus, 1633

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774672277>


Druck Freier  Zugang




Stockmann, J.,
in
U. S t e i n .

Rostock, 1633.

42.







RECTOR
Academiæ Rostochiensis,
JOACHIMUS STOCKMANNUS,
Philos. & Med. Doct. Physices
Professor,

Ad

Exequias funebres

quas

REVERENDUS DOCTISSI-
MUSQUE VIR

DN. M. JOHANNES
STEINIUS, Ecclesiast.


ad D. Nicolaum fide-
lissimus

Desideratissima suæ filiolæ

URSULÆ,

paratas cupit,

*Omnes omnium ordinum cives Academicos,
officiosè & peramanter invitat.*



ROSTOCHI,

Prælo JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXIII.





R E C T O R
Academiæ Rostochiensis,
JOACHIMUS STOCKMAN
Philos. & Med. D. Physices.
Professor.



Ycerinus, Chco-
pis filius, Ægypti
Rex, cum gnatam,
quã habebat unicam,
amisisset, tanto mœ-
rore affectus est, ut vel
toto vitæ tempore ejus oblivisci non
posset. Oculatus testis in Euterpe
Herodotus, inclusisse eundem mortuę
cadaver deaurato Bovis simulacro, cui
quotidie omnifarios adolebat odores,
quod

quod noctu perpetuis venerabatur lucernis; dictabat maximus erga filiam amor hoc, Mycerino, remedium, quo ingentem, si non tolleret, leniret dolorem. Nulla est concitator aut ardentior, quam parentum erga liberos, benevolentia, hinc illorum incolumitas ijs suavissima, illorum funera acerbissima & luctuosissima, Postremum cum poëtae exaggerant, fabulantur, quosdam in saxa & scopulos, quosdam in fontes, quosdam in arbores præ animi dolore, ex liberorum morte cōcepto, fuisse conversos. Niobæ hoc contigit, videns enim infelicissima mater, Apollinē cum Diana filias filiosq; spem generis, sagittis confecisse, tantam doloris magnitudinem ut sufferre non potuit, ita Deorum miseratione apud Sipylum Phrygiæ urbem, protinus dirigit & in silicem conversa est;

A 2

signi-

significavit id Ovid. secundo de Ponto.

Felicem Nioben, quam vis tot funera vidit,

Quod posuit sensum saxea facta malis.

Pythium Bitynium accepimus se-
vivum in filij à Xerxe interfecti conje-
cisse tumulum, ut inibi, quod vitæ su-
pererat, flebiliter compleret, Quid
Orodem Parthorum Regem memo-
rem, quem præ mœrore in rabiem ver-
sum dicunt, ut intellexerat, Pacorum fi-
lium in bello contra Ventidium perijisse?
Justissimi doloris, justissima causa
erat; accedebat, quod spe orbati essent
futuræ Resurrectionis, ut innuit Apo-
stolus in priori ad Thessalon, epistola,
id augebat dolorem, id animum exa-
sperabat, Solidior & firmior Christia-
nis nobis relicta est consolatio, fore, ut
qui mortui in Christo, suo tempore,
ceu ille, etiam sint resurrecturi. Quibus
autem felicior contingere poterit o-
bitus,

bitus, quam illis, qui in ipso vitæ ex-
ordio vel ætatis flore, nondum gustata
mundi malitia, quàm citissimè ex pec-
candi periculis, in non peccandi secu-
ritatem transferuntur? Talis ex im-
mundo hoc & calamitoso hujus mun-
di ergastulo contigit beata emigratio
nudius tertius, qui 26. April. erat, sua-
vissimæ puellulæ, Viri Reverendi &
doctissimi D. M. Joannis Steinij, Ecclesia-
stis ad D. Nicolaum vigilantissimi, ami-
ci nostri honorandi, & *Margareta Lobe-
chia*, filiolæ charissimæ, URSULÆ II. quã
ante dies quindecim, decimo tertio
quippe hujus mensis, maximo cum pa-
rentum gaudio suis natam, & paulo
post, ob valetudinem minus commo-
dam, intra privatos parietes per lava-
crum S. baptismatis Christo renatam
vidimus, nunc præmatura morte abre-
ptam lugemus, dolemus. Bonam,

A 3

haudi

Haud dubium est, de ea conceperant spem parentes, fore, ut sibi aliquando, honori, gaudio ac solatio esset, Ecce, cum nimis citò, sic nihil perpetuum datum est mortalibus, spes hæc cōcidit, Quis igitur dubitet, quin optimi parentes, propter inopinatum hujus filiolæ suæ discessum non leviter sint perturbati & contristati, cum verò piè defunctæ parens, alijs in hujusmodi casibus salutare sæpe, officij quod sustinet, publici ratione, consolationes suggerat, & ipsum se, conjugemq; dilectissimam, fœminam lectissimam, ijs solaturum & erecturum, mæroremq; ex obitu dulcissimæ filiolæ conceptum mitigaturum, confidimus. Certissimum enim est, Deum ter opt. maximum in cujus manibus vita salusq; nostra consistit, properasse eã educere de medio iniquitatum & miseriarum mundi, quia dilecta ipsi fuit animula, ne malitia corrumpere intellectum ipsius, Vosne ergo mæstissimi parentes huic felicissimæ vestræ filiolæ invideretis felicitati? Immaturè & præter opinionem cecidit, quam hanc de illa fovebas mæstissime parens, posse aliquot annos vivendo explere, tibiq; læticias, nescio quot, conciliare, sed diluent ista, quæ & Ethnicis visa fuere communia, hæc, quæ apud Comicum legimus.

Eit^o

ἔτι· εἰ μὴ ἦθεῖς, ὄντα τῶν τῶν βίον.
ὄν ἐκ ἐβίωσας, τῶν διδοτόχουσαν ἄν,
ὁ ἴαναιⓄ ἐκ βουαυος εἰδῷ ἠνεγκεν ἄν.
ἔτⓄ ὁ βίⓄ πὶ τῶν ἀνηκέστων, ἰσως.
Αὐτῶς σὺ γέρονεν ἀνέστρεⓄ.

*Si constitisset hac de re certo tibi,
Reliquum quod illa vita cursum prospere
Fuisset exactura, mortem dicere
Intempestivam tibi liceret : sin erat
Gravis aliqua eventura calamitas ei,*

Mors melius illi quam tu consuluit quidem.


Hisce igitur & confimilibus te consolaberis, ad
exemplum Davidis, qui moriturum filium fle-
bat, mortuum non dolebat; flebat, ne sibi eripe-
tur, flere desijt ereptum, quia, inquit, D. Am-
brosius, sciebat esse cum Christo, ante cujus
thronum beata nunc consistit animula, in con-
spectu Dei & agni, amicta stolis albis, & palma
in manibus ipsius, acclamat voce magna salus
Deo nostro qui sedet super thronum, & Agno;
servit D E O die ac nocte, non esuriet, nec sitiet
amplius, nec cadet super illam Sol, neq; ullus
æstus, quoniam agnus, qui in medio throni est,
regit eam, & deducit ad vivos fontes aquarum,
& abstergit omnem lachrymam ab oculis illig.

Cæterū habuit ^{κακαεῖται} nostra Avum mater-
num Virum Reverendum & Clariss. Dn. Davi-
dem Lobechinm, SS. Theol. Doctorem, ejusdem

an

in nostra Acad. Professore, & templi dum vi-
veret Jacobæi Ecclesiasten, Aviam, *Ursulam*
Schachtiam, Proavum Reverendum item, &
Excellentissimum Dn. *Valentinum Schachtium*,
SS. Theol. Doctorem, Professore, & ejusdem
templi Ecclesiasten, Proaviam verò *Margare-*
tham Höppeners. Hi viri qui fuerint, & quam
præclara hujus Academiæ lumina, testantur
doctissima ipsorum scripta, & norunt illi, u-
trumq; qui norunt, Istorum ergo celeberrimo-
rum virorum, summorum theologorum, haud
recolere memoriam, maximum esset ingra-
titudinis indicium, Fiet igitur, si hodie
media prima; cum hujus defunctæ animulæ
terræ matri, Christianis ritibus mandentur
exuviæ, in templo Nicolaitano frequentes ad-
fuerimus; Adeste Dn. Professores, collegæ
honorandi, Ecclesiæ ministri, Magistri, & ju-
venes studiosi, adeste, frequentes, vestræ mor-
talitatis memores, ite exequias, & Academiam
hanc nostram, & utramq; Remp. Deo opt. max.
quam diligentissimè commendate P. P. 28. A-
prilis ANNO M. DC. XXXIII. sub Sigillo
Rectoratus nostri.







bitus, quam illis, qui in ip
ordio vel ætatis flore, nondu
mundi malitia, quàm citissim
candi periculis, in non pecc
ritatem transferuntur? Ta
mundo hoc & calamitoso h
di ergastulo contigit beata
nudius tertius, qui 26. Apri
vissimæ puellulæ, Viri Re
doctissimi *D. M. Joannis Stein*
stis ad *D. Nicolaum* vigilan
ci nostri honorandi, & *Ma*
chia, filiolæ charissimæ, *URS*
ante dies quindecim, de
quippe hujus mensis, maxi
rentum gaudio suis nata
post, ob valetudinem min
dam, intra privatos pariet
crum *S. baptismatis Chri*
vidimus, nunc præmatura
ptam lugemus, dolemus

A

